

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1915

Auteur(s) : Henri Ier Beauclerc, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Longueville-sur-Scie, Sainte-Foy (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : ...1130...

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation générale des biens du prieuré par Henri Ier, roi d'Angleterre et duc de Normandie.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 24 HP 76.

Éditions principales

a. Le Cacheux Paul, *Chartes du prieuré de Longueville, de l'ordre de Cluny, au diocèse de Rouen, antérieures à 1204*, Rouen-Paris, Société de l'histoire de la Normandie, 1934, n° I, p. 1-3.

Dissertation critique

Datation proposée par p. Le Cacheux.

Texte établi d'après a

H. rex Anglie et dux Normannie omnibus hominibus suis Francis et Anglis salutem. Sciatis me concessisse et confirmasse deo et monachis Sancte Fidis de Longavilla libere et quiete ignem suum in bosco meo de Awi et duas massuras terre in villa de Duno quas Columba tenuit ; preterea quicquid eis datum est, scilicet ex dono regis Willelmi secundi duas bennas apud Boscum Rohardi solutas et quietas ab omni exactione ; ex dono Walterii Giffardi apud Longam villam unam carrucatam terre ; apud Sanctam Fidem de bosco ecclesiam et omnes prebendas ad ipsam pertinentes et feriam unam ad festivitatem Sancte Fidis ; apud Wlfranvillam feriam unam in die Sancti Audoeni et ecclesiam cum pertinentiis suis et quicquid Walterus Giffardus ibi habebat in suo dominio, in terris et molendinis ; apud Croseium quicquid habebat in bosco et terris et pratis et aquis et ut liceat eis de bosco eodem de Croseio facere sicut de proprio sive in in eadem villa seu ducere quocunque placuerit sine omni contradictione, et ecclesiam ejusdem ville cum pertinentiis suis et decimas totius feodi W. Giffardi et Walteri de Avesnis ; in foresta de Aliherimont heremitagium S. Remigii cum terra adjacente de dono Rogeri filii Ricardi et carretam unam sive duos summarios ad sustentationem monachi ibidem manentis solutam et liberam ab omni consuetudine et exactione ; ecclesiam S. Nicholai de Lodono et iijor pondera salis et ijas salinas ; ecclesiam de Ansquetevilla et quicquid habent ibidem et quicquid habent in Normannia. In Anglia Niwentonam et Horowldam et boscum prope ipsam villam et ecclesias earum cum decimis et appenditiis suis ; ecclesiam de Wadona ; ecclesias de Wichinghehan et de Westona cum pertinentiis et decimas Sonoborne et Singleberghe, Badolesdone,

Brichelle, Blechelai, Molosson, Locotone, Bradeielle, Fulcossorde, Liticote, Buchingeham, Mortone, Lamporto, Lingeneste, Aqueleie, Becchentone ; apud Meldonam virgatam terre cum decimis domini et quicquid in Anglia possident. Hec omnia libere et quiete tenenda concedo. Quare volo et firmiter precipio quod predicti monachi omnia tenementa sua teneant bene et in pace et libere et quiete integre et honorifice in bosco et plano, in pratis et pascuis, in viis et semitis, in piscariis et molendinis, in aquis et mariscis, in burgis et villis, in decimis et ecclesiis et in omnibus rebus cum omnibus libertatibus suis tenementis pertinentibus. Precipio etiam quod ipsi et ministri sui sint quieti per totam Normanniam et Angliam de theloneo et passagio et pasnagio et omni consuetudine de rebus que ad proprios usus eorum pertinerint. Concedo quoque ut vasa plumbea in domo sua ad proprios usus fundere possint et [omn]ia utensilia et necessaria et artes libere exercere. Hoc autem actum in curia Henrici regis, presente magno procerum conventu, apud Rothomagum. Testificante ipso +, Regina +, Symone comite +, Rogero filio Ricardi +, Willelmo de Albeneio + cum multis + aliis.